

1624.

1. Eichrodtius, Joannes: De pupilli ablatione et
olligatione

1642

1. Kraenz, Reinhardus: De academicis literariorum et
curundam fundatōris bus

1644

1. Bruckhoff, Christophorus Fractinus: De legi Aquitiae

1650.

1. Bruckhoff, Christophorus Fractinus: De iure Nitroue

1651.

1. Brandes, Joannes Martinius: De rescriptis moratoriiis

1653.

1. Musaeus, Petrus: De antiquis Germanorum republicis

2. Pestels, Paul: De iudicio austriacorum

1655

1. Brandes, Joannes Martinius: De iure fundato.

1655

2. Warner, Wittenauer : De publicis iudicis

1657

1^a = Burchalz, Christopherus Tractatus : De prigorationibus
hac inter status imperii solos, quam inter
status imperij et mediatum, sed inter solos
mediatus 25 auct 1657 & 1730

1658.

1^a = Brandes, Ioh. Martinus : De nullo. 25 auct.

2. Brandes, Iohannes Martinus : De jure vasallitatis

3. Brandes, Iohannes Martinus : De jure constituti

processorii

4. Burchalz, Christopherus Tractatus : De operis uori munitione

1659.

1. Postelius, Henr : De prigionibus.

2. Hennig, Hermann. *Die politischen
und sozialen Veränderungen im
Deutschen Reich während der
Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
10. Hennig, Stephan. *Kritische Begegnung mit
den ersten beiden Kapiteln des neuen
sozialen Imperialismus*. Berlin, 1925.
18. Hennig, Stephan. *Kritische Begegnung mit
den ersten beiden Kapiteln des neuen
sozialen Imperialismus*. Berlin, 1925.
10. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen
im Deutschen Reich während der
Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
1. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen
im Deutschen Reich während der
Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
2. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen
im Deutschen Reich während der
Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
3. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen
im Deutschen Reich während der
Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
4. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
5. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
6. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
7. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
8. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
9. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
10. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
11. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
12. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
13. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
14. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
15. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
16. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
17. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
18. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
19. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.
20. Hennig, Stephan. *Die politischen Veränderungen im Deutschen
Reich während der Zweiten Weltkrieg*. Berlin, 1925.



5593

ad 1658. 1360

219

1651. 1.

Disputatio Juridica Inauguralis
^{DE} RESCRIPTIS
MORATORIIS,
Exhibens Decadem Conclusionum

Theorico-practicabilium

QUAM

DEO PROSPERANTE

*Ex Decreto & Autoritate Magnifici & Nobilissimi
J.Ctorum Collegij in Illustri Academia Hasso-Casselana Schamburgica*

P R A E S I D E

Clarissimo ac Consultissimo Viro

DN. JOANNE MARTINO

Brandes / J.U.D. & Professore publico,

Domino ac Fautore suo obſervando

Pro summis in utroque lute Privilegiis, Honoribus ac Insignibus

Doctorib[us] conſequendis

P V B L I C A E C E N S V R A E S V B M I T T I T

LUDOLPHUS Evers / Hildesiensis,

In Auditorio J.Ctorum

Addiem 27. Febr. Horis ante & pomeridianis.



RIN THELII AD VISURGIM,

Imprimebat PETRVS LVCIVS, Academiae Typographus,

ANNO CIO IAC LI.

Montium Brande.

125

VIRIS
Magnificis, Nobilib. Consultissimis, Amplissimis
Experientib. nec non Spectatissimis ac Prudentissimis
DN. CONSULIBUS, SENATORIBUS ET OCTODECIM VIRIS
Universis ac singulis

Inclutæ Reipubl. Veteris Hildesiaæ

Patribus Patriæ laudatissimis,
Dominis Patronis, Favitoribus, Amicis ac Collegis suis
etatem honorandis observandis:

UT ET

Praestantissimo Viro

D N. BALTHASARO Evers/
Collegij Senatorij decemviralis Seniori ac Civi
apud Hildesienses pri-
mario,

Fratri suo germano unico dilectissimo,

Hance Conclusionum Juridicarum Inauguralium, à se
in Illustri hac Rinteleniū Academia
conscriptarum, Decuriam.

Cum pio voto omnigenæ felicitatis & prosperi-
tati in euntis anni regiminisq; augurio

L. M. Q. D. D. D.

Ludolphus Evers/
Author & Respond.



Anteloquium.

Augusta Jurisprudentia, illa di-
vinarum ac humanarum rerum noti-
tia, justi atque injusti scientia §. 2. In-
stitut. de Just. & Jur. I. 10. §. 2. ff. eod.
junct. l. 2. in fin. ff. dell. cum non con-
sistat in theoreticis umbratilibus que dissertationibus, sed
usu & exercitatione practicâ comparetur, Thom. Lindem.
histor. de orig. jur. th. 180. ac non fandi sed judicandi
adeoque faciendi & practica ars sit, d. loc. th. 207. ideo
non cognitionis nuda, sed quemadmodum Aristotel. I. E-
thicor. de totâ Philosophiâ practicâ scribit, *Fus nostrum*
*actionis & usus causa addiscendum, ut aliquando ex um-
bra scholarum in lucem fori & judiciorum id proferamus,*
Rittershus. ad Instit. circ proëm. & ad §. ult. Inst. de
satild. junct. Comm. ad Novell. c. 7. proëm. n. 4. Lon-
gè utiliorem ergo laborem impendere semper mihi visi, qui
in mores seculi hodierni intenti, operam suam mancipant
materijs, augustajudicum sub sellia cottidiè personantibus,

125
A 2 monen-

monentibus Jctis Papiniano in l. 44. ff. de usuc. ac Pau-
lo in l. 25. pr. ff. de liber. leg. l. fin. in pr. C. de bon.
qua liber. quam illi, qui in antiquati juris intellectibus
partis eruentis, Legis Caninæ, Voconia originibus, stipu-
lationum actionumque formulis, Emancipationum, Ma-
numentorum retibus, similibusque infrugiferis tricis tita-
villatioque ferè dignis investigandis, operose ac prodigiose
industrî sunt.

Tales enim questiones, iuxta Aristonis Chy effatum,
similes aranearum telis, plurimum quidem artificij, sed mi-
nimum utilitatis habent, quasque inde nec scire compen-
dium nec ignorare detrimentum est nullum, Anthon. He-
ring/ de fidejuss. cap. 10. num. mihi 103. Haec igitur
hoc loco, quo non tam ex arbitrio meo, quam potius Jussio
S autoritate illorum, quibus imprestantiarum obsecunda-
refas ac par est, in publicum denud prodeo, mecum animo
volutanti, materia, qua de Rescriptis seu Inducijs
Moratorijs debitoribus concedendis, agit, satis ac-
commodata ac digna visa fuit, in qua enodanda operam
collocarem. Etsi enim materia hec nullo titulo ac rubrica
peculiari, in libris juris decorata, sed sedes eiusdem paucif-
simis legibus circumscripta inveniatur, unum l. quo-
ties 2. & l. universa 4. (qui textus principalis S cardina-
lis perhibetur) C. de prec. Imp. offet l. fin. C. qui bo-
nis ced poss. quibus ex Jure Pontificio additur text. in ei-
rescri-

Anteloquium.

5

rescripta 13. cauf. 25. qu. 2. ac tandem ex Receß. Imp.
Noviss. R. A. zu Augspurg. de Anno 1548. tit. von
verdorb. Kauffl. s. fin. ibi. Und nach dem sie zu Zei-
ten beyden Römischen Käysern / ic. Est tamen talis,
qua ex medio utriusque tam publici quam privati juris
fonte deprompta, juxta D. VVilhelm. Anthoniū de Freun-
deberg / in tract. absolutiss. de Reser. morat. in pro-
ēm. num. mihi 12. ejusmodi campum spaciosum præbet,
in quo bos herbam, ciconia lacertam, canis leporem posse
quarere, & questum in venire, ut ex Seneca pulchre ex-
orditur Georg. Mund. à Rodach / comment. de diffa-
mat. Crisino de indic. delict. part. c. 87. Sed & ob tempo-
rum nostrorum iniuriam ac hominum perfidiam in usu
versatur frequentissimo, Nicola. Schaffhausen/Do-
ctor meus in anteloq. disp. de morat. præter. Adeò
ut non tantum in Imperio Romano, Galliā, Italia, Iber-
spania, sed & apud Turcas has inducias receptoras, vel
ende non improbabiliter concludat prefatus Antho. d.
lib. proēm. num. 23. quod Turca præter leges naturae,
Romano etiam Jure & Codice Justinianeo, in vernaci-
lam suam verso, ac prædictas inducias, ut modo monstra-
tum est, continentem, ut tantur, cùm autore loban. Leun-
elato afferunt, Trentler. vol. i. disp. i. thes. 5. lit. a. Theo-
dor. Reinkingf/de R. S. & E. lib. 2. cl. 2. cap. 5. num. 53.
Cyriac. Herdesian. in cynos. jur. canon. pag. mihi 42.

et 3

cumque

125



cumque multo ab hinc tempore , trux illa Bellona , cunctos Germaniae angulos pererraverit, ac in bona , fortunas , fissum & araria non privatorum , sed Rerum publ. ac Magnatum , qui antehac (ræsi videbantur regales , crudeliter servierit , imposterum cumulatim huusmodi inducias temporis que laxamenta arreptum iri , haud wanè augratur ac veretur Anthon. concl. 9. tit. 5. num. 6. & 7. eos que inclinare videtur ipsum Instrumentum pacis Osnabrugeo : Monaster. art 8. §. de indagand. rat. & ad eund. §. D. VVilhelm Bidembach / Consil. Cæsar. aulic. in Consil. German. solivago in pr. & num. 4. ibi dergleichen bevorstehende dispositio. Proinde relictis verborum longioribus ambagibus , cum dudum opus vafiss. memoratus Anthon. de Rescr. Morat. in lucem ediderit , quod ipse autor Pandectas, imò Tractatus tractatum juris moratorij inscripsit in rubric. & proem. lit. R. nos instituti memores , totam disquisitionem , Vni saltem Decuriae conclusionum , earumque enodationum includeamus , Sit ergo bono cum DEO

Conclusio Prima.

Rescripta
morator.
nullam fa-
pient ini-
quitatem.

Rescripta Moratoria citra iniqitatem
ac sumnum creditorum præjudicium, ex justa
acur-

Disputatio Juridica Inauguralis. 7

ac urgentissimâ causa, personis certis, tempore
legibus determinato, à supremâ potestate, con-
cedi possunt.

Διάλυσις.

Antequam ad ipsa Moratorium pe-
netralia descendamus, hanc Conclusionem
generalem præmunitionis loco, discursus to-
tius q. προθετούς præmittere placuit. Ut enim
nullum tamen plenum beneficium est, quod
vellicare malignitas non ausit, juxta Senecam 2. de benef. c. 28.
Ita & hoc à Divis Imp. inventum saluberrimum Moratorium
beneficium, non credores solum rigorosi, Theonino dente
arrodunt, sed & Jcti haud infimi subfelli, perperam ac male
de eodem sentiunt, dum ius & praesidium iniquum illud appelle-
lant, inter quos Domin. Cardin. Tuschus pract. concl. tom. 5. lit. L.
concl. 270. num. 2. & lit. M. concl. 383. num. 1. Natta cons. 591. n. 9.
& seqq. Andr. Knichen de Sax. non provoc. jur. verb. Ductum, c. 5.
n. 403 Sichard. ad l. cum te Sponsa 9. n. 3. C. de donat. ante nupt. ad-
de autor. German. Βατεχονουμαχ. G. Rollenh. pag. 2. cap. 14.
Sed salva res est. Quis enim adeo ferreus, qui non erga homi-
nes, fatali ac inopinâ calamitate, absque suâ culpâ, puta bel-
lo, rapinâ, incendio, furto, naufragio, vel alio quodam adver-
sante casu fortuito (qui numeri ferè sunt infiniti, l. fin. C. de
temp. appell. l. fin. C. de præscr.) obrutus commiserationis affectu
ducatur? quis eos statim impetuosis morosis ac molestis cre-
ditoribus cumque sacco paratis, ceu loquitur Paulus in l. 105.
ff. de solut. exenterand. ac exerciendos tradat? Sacratissimi
Imp. prudenter huic malo obviam euntes, contra hasc ex-
actiones acerbas & præproperas, Beneficiū Induciarum Quin-
quen-

125

quennalium, saluberrimè introduxerunt, d.l. fin. C. qui bon.
ceder poss. l. 4. C.de precib. imp. offer. repetitum postea novissi-
mè ab Imperat. & Universis Imp. statibus, in ordin. polit. de An-
nis 1548. & 1577. sub iis. Bon. verdorb. Rauffl. ibi. ohne das
schnen / &c. quod certè consonat ipsi æquitati, quæ vult affli-
ctio ulteriore calamitatem & afflictionem non addendam
esse, Syra. 4. vers. 3. c. percussio 7. qui l. divus 14. ff. de offic. præsid.
Pruckm. conf. 2. n. 186. vol. 2. Tusch. concl. pract. tom. 1. lit. a.
concl. 240. Tantò minus cum hacce Moratoria, non auferant
creditoribus planè jus suum, sed tantum ad exiguum tempo-
ris spatiū suspendant & debiti solutionem remoreantur, l. quo-
ties 2. C.de precib. lmp. offer. Mora hic est, sed temporis modici, in
quā non vertitur magnum præjudicium, l. si debitori 21. ff. de ju-
dic. l. si in lege 24. §. 4. vers. quod si paucus ff. locati, neque jus cre-
ditoris funditus tollitur & absorbetur, sed tantum ad certum
tempus differtur, Brun. tr. de cesso bon. pr. 22. num. 2. Modicum
autem non curat prætor, l. scio 3. ff. de restitu. in integr. cum mo-
dicum & nullum seu parum & nihil æquiparentur, c. licet caus-
sam 8. Extr. de probat. Accedit, quod inducijs hisce tam debi-
toribus calamitosis, quam ipsismet creditoribus prospectum
sit, juxta rationem infra concl. 5. lit. B. in fin. allegatam : Weh-
ner. obseru. pract. verbo Anstandsbrieff / Anthon. d. tract. concl.
6. tit. 5. n. 29. qui tandem. num. 49. addit, Inducias hasce funda-
tas ac permissas, non tantum de Jure civili & in foro fori, ve-
rum etiam in S. S. Scripturæ Codice & sic in foro poli ac con-
scientia, cum LL. & constitutiones civiles seu politicæ D e o
non displiceant, sed obligent in conscientia, Roman. 13.
Meisner. lib. 4. de LL. polit. sect. I. quest. II p. ag 310. Dn. D. Jo-
han. Gerhardt decad. 5. quest. polit. 8.

Con-

Conclusio II.

Moratorium (α) rescriptum (β) definimus (γ) Definitio
vel potius describimus, (δ) quod sit benigna (ε) scriptio.
Principis (ζ) vel ipsorum creditorum (η) concessio, quo debitori fortunae asperitate (θ) ad inopiam (ι) redacto, dilatio modici (κ) legalis temporis indulgetur, ut interea à multijugis creditorum impetibus liberatus, bona sua coaugmentare (λ) possit ac tandem dilatione lapsa, creditores suum nanciscantur. (μ)

Διάλυσις.

[α] Cum nemo res probè intelligat, secundum Matth. Stephan. *ub. 1. de juri d. cap. 1. num. 8* nisi verba prius cognoverit, & verborum nèglectus pariat rerum incertitudinem, ideo rationem denominationis hanc damus, quod rescripta ejusmodi exactionem & petitionem creditoris morentur, id est, retardent, impedianc, differant ac ad fine in usque inducaturum suspendant, Besold. *thes. pract. lit. C. Manz. in patrocin. der ad. 4. queß. 9. num. 7.* Usurpatur & simpliciter in singulari Moratorium neutrum, quo Cæsar & Camera ejus ut plurimum utuntur. si hodiè privilegium alicui personæ separatum concedatur. Σωτόνια varia recensentur apud Justum Meierum *in Colleg. Argentorat. repetita ab Anthon. lit. 3. concl. 4. d. l. Potif-*

Disputatio Juridica

sima apud Practicos sunt: *Littera inducates, Dilatoria, Morsoria, Litera securitatis, Gratia, Gallis, Lettre de respits*, q. dicent litera respirationis, vernacula nostra Anstand/Anstandsbrieft Quinquenell / non Quinquer/vel Quinkernell/ prout legitur apud Georg. Nollenhag. autorem facetum in *Bartexorumachicula*.

(B) Rescriptum dicitur, quo Princeps libello supplici aditus, supplicant vel à magistratu aut judicibus, vel à privatis consultus, respondet; neque enim rescribitur, nisi quid scriptum sit ad principem, cui quod nomen indicat, rescribatur: nec aliter rescribi solet quam sit petitum, *l. i. C. de prec. Imp. offer. Wesemb; in parat. ad d. tit. n. 2. atq; inde fit, ut in dubio non proprio motu, sed ad instantiam & preces partis rescriptum presumatur indultum, arg. l. 15. C. de transact. Reinking de R. S. & Eccl. lib. 2. cl. 2. c. 8. n. 13.*

(γ) Æquè difficile est rem aliquam in jure nostro exatè definire, quam regulam ex legibus constituere, quæ nulla sui parte possit infirmari. Errant proinde, qui omnes juris definitiones perfectas esse contendunt, quim vix illa ob verarum differentiarum paucitatem, variasque negotiorum circumstantias perfecta possit videri, Philip. Matthæi *ad l. 202. de Reg. Iur. n. 4.*

(δ) Non solum apud Jctos, sed etiam apud Philosophos definitiones essentiales rariores sunt. Quamvis enim certas formas rebus dederit natura, quibus eas abs se invicem discerneret, mens hominum tamen peccati vitio corrupta, non ita accuratè illas potest perspicere, & omnia definitio nem ex genere & differentiâ specificâ extruere. Hinc fit, ut accidentibus sapè numero pro formâ utamur, quæ statim atque alteri quoque speciei communis est, vera & adaequata in ea specie esse desinit, *Arist. 6. Topic.* Nobis hic sufficiat Rescri-

pta

pra moratoria ejusmodi verbis describere, quæ illorum naturam quadammodo exprimant, quia ut dici solet, Legistæ non dialectitant sed ponderant rerum momenta, Cagnol. id. i. §. i. n. 19. ff. si quis jus dicent. non obtemp.

(e) Impertunt enim ex merita gratia, extraordinariè singularis beneficij loco, cum adversus communes pactorum transactionum ac conventionum regulas ac spontanea liberaria placita, ut plurimum invitis creditoribus obrudantur.

(f) Vulgatum est, quod Vox Principis in LL. nostris & Jure Feudali propriè & κατ' ἐξοχὴν solum Imperatorem designet. l. 3 i. ff. de leg. l. 1. ff. de constit. princ. Martin. Mager de Ad. vce. arm. c. 3. n. 35. Reinfing. d. l. cl. 4. c. 8. n. 1. In materia tamen praesenti, hanc vocem generalius intellectam volumus, ut non tantum Imperatori, sed etiam Principibus inferioribus reliquisque Imperii statibus competit.

(g) De quorum inducijs vide sis cons. 5.

(h) Incendio, bello, guerra, rapina, furto, naufragio & similibus casibus inevitabilibus ad incitas redacti, non autem Fallitis, decoctoribus, prodigiis, bancruptoribus, qui dolosè, luxuriosè ac prodigaliter vivendo, commessando, pergræcando, bona tam sua quam creditorum abliguriverunt, sibiique, suâ culpâ damnum accersiverunt, hoc beneficium conceditur, cum dolosus ipso jure perdat sua privilegia, à jure ac ll. sibi induulta, l. 2. ibi: deceptis ff. ad SCem. Velleian. neque damnum sentire videatur, qui illud suâ culpâ sentit, l. 203 de R. i.

(i) Debitor enim dives agris, dives positis in fœnore nummis, etiam si creditor ipsius esset locupletissimus & pecuniam modio metiri sciret, moratorium R. non obtinet, standum est enim regulariter pactis conventis.

(x) Supportabilis, temperata legalis, ac tempus istud expedit in rescripto specificè poni, neglectum aut indefinite

B 2 posse

125

Disputatio Iuridica

positum quod raro accedit, ad jure determinatos terminos ex quabilemque moram reducatur. In dubio ergo de Quinquennij metâ concessum intelligitur.

(λ) Juxta Poetam: *Non minor est virtus, quam querere, parta tueri.* Atque sic R. Morat. sunt quodammodo vehiculum ad frugem meliorem, seu potius emplastrum crinis alieni.

(μ) Planè ergo Inducē non liberant debitorem à debiti satisfactione, ne infortunium ipsius debitoris, creditori detrimentum afferat, *arg. l. si bonis 10. ibi: neque in opia patris C. de jure delib.*

Conclusio III.

X *Moratoria dilationes, ex persona conce-
ditis communiter juxta Pragmaticos (α) divi-
tionum. duntur, quod vel à potestate summa, (β) vel à cre-
ditoribus (γ) debitoribus impertiri soleant. (δ)*

Διάλυσις;

(α) Paul. Matthi. Wehner in *obser. pract. d. l. in medio ver. ra-*
mene ius m. Antho. d. tr. tit. 6. concl. 11. n. 6. & concl. 14. n.
16. & alij. ibid. alleg. Disertis enim verbis, cum parcè ac jejune
ll. de inducijs loquantur ac disponant, supra antelog. in fin. nulla
injure expresa mentio hujus divisionis extat.

(β) Principe Romano & alijs *concl. seq. 4. per tot. vigore*
nimirum reservatorum, regalium majorum, jure superiorita-
tis, ex merâ gratiâ ac privilegio singulari.

(γ) Citra omnem superioritatem, cum indignum sit
aliquem privatum iura regia, pretio numario non asti-
menda, Frid. Pruckman, *conf. 20 in resol. qu. 4. n. 93. vol. 1. ha-*
bere & conferre, c. 1. de Fend. March. Cluten. Syllog. rer. quotid.
concl.

concl. 26. sed ex indulgentia, ratione interesse proprij, de quibus infra in specie pluribus, *concl. 5. peculiari.*

(δ) Haud incommodè partitioni traditæ annexi potest, quod Moratoria Rescripta, utpote certis temporum limitibus inclusa ac determinata, vel Quinquennalia, Quadrien. Trienn. Bienn. vel Annalia sint, quamvis annalia, non ita frequenter cœu Quinq. utpote ampliora, uberiora, plausibiliora, propter artiorem metam à creditoribus arripiantur.

Conclusio IV.

Etenim Ius (α) seu Potestas inducias moratorias concedendi, non unicuique indifferenter competit, sed primario, independenter ac ordinariè ejus causa efficiens est Imperator, (β) Rex Romanorum, (γ) Reges absoluti (δ) exteri, Serenissimi Vicarij (ε) Imperij Rom. Palatinus & Saxo tempore Interregni, Electores, (ζ) Principes (η) & Status Roman. Imperij.

Personæ
inducias
conceden-
tes.

(α) **Q**uicunque enim fundat jus suum in concessione alterius, ante omnia probare debet, concedenti ejusmodi jus competere, ni causa cadere velit, *i. quod si o. ff. de h. a. red. velat. vend. Georg Everhard. conf. 83. n. 30. v. 2.*

(β) Est enim hoc Privilégium seu Indultum de Regalibus non minoribus sed majoribus Imperatoris, cœu colligi po-

B. 3. teft

125

test ex d.l.2. ibi: rescripto nostro C. de prec. Imp. offer. d.l. fin. ibi: cum
 solito more à nostra maiestate perit. C. qui bon. ced. pess. Wehner. in
 obs. pract. all. l. Besold. de regal. c.2. th.7. Caspar. Manzius in pa-
 trocin. dec. A. qu.9. n.20. Anthonij d. tr. tit. 6. concl II. n. 5. Proprié n.
 privilegia acrescripta solus Princeps superior concedit, sicut &
 nemogramatiam, quæ & ipsa privilegium est, Peregr. de jur. fisi. lib.
 I. iii. 3. n. 15. Ex Imperatore enim tanquam ex inexhausto oce-
 no & fonte irriguo ac reciproco omnes potestates, dignitates,
 Jurisdictiones, Privilegia sic profluentes ac dimanant, juxtimq;
 ad eundē refluent, Reinsting de R. S. & E. lib. i. d. 5. c. 2. n. 4. Ut eo-
 rum promus condus verè dici poslit, sicut & ab ipso propriè
 exercentur Jura Regalia, Anthon. d. l. n. 10. Tantèque est sub-
 limitatis, ut in hoc mundo sit velut Deus Corporalis & super
 omnes emineat, tanquā stella matutina in medio nebulæ me-
 ridionalis Bart. ad l. pen. C. de bon. que lib. Sixtin. de Regal. lib. I. c. 4.
 n. 6. Vultejus lib. I. Feud. c. 5. n. 7. Conrad von Einsiedel I de Re-
 gal. c. 2. num. 190. Dn. Conrad. Carpzov. Doctor meus dis. In-
 aug. de Regal. th 16. & 26. Georg. Christoph. Walther. tract. e-
 legant. de statu tur. ac Privileg. Dd. omnium Facult. cap. 5. §. 1. pag. mihi
 42. Dn. Caspar. Kloß. latissimè cap. 4. num. 3. & seqq. per totum.
 Sed quo tendimus? cur non primas Papa Romano circa ma-
 jestatum & dignitatum jura tribuimus? Est enim iuxta adulato-
 riores, gnathones, parasitas, Canonistas, Princeps principum,
 Dominus Dominantium ac Deus in terris, Bald. conf. 388. nec
 Deus nec homo, sed medium inter utrumque, Michael Vul-
 cur. de regim. mund. fol. 273. In Papâ sunt omnes dignitates, i-
 deo est Imperator, Rex, Dux, Marchio, Bald. conf. 328. Imò Ha-
 reticus est qui dicit contrarium, Rolan. à Valle conf. 58. num. 7.
 Consulantur de horrendis hisce mendaciorum plaustris ac de-
 testabili fingendi audaciâ ac infanâ Canonistarum mentis libi-
 dine, Johan. Wolfsius ICtus & Polyhistor. variar. ac reconditar.
 lection.

lection. tom. 2. mihi pag. 460. & mult. seqq. ut & autor novissimus Laurent. Vancck in diaecep^s de tyrannde Pape, cap. mihi 11, & 12. per totum. Convenienter sane Johan. Faber superioris seculi J^ctus in proe. Instit. Papa in verbis se dicit servum servorum, defactotamen se adorari permittit, addit Jason. in l. rescripta 7. C. de precib. Imper. offer. Nullo ergo jure ac titulo alio, nisi dolo, vi & viribus, in Majestatum jura, Vultur Romanus involavit, Horsledder von Ursach deß T. R. lib. 1. c. 47. pag. 513. Conrad. & Benedict. Carpzovij IC^cti Germania splendidiss. praeceptor. observ. diss. Inaugural. de Regalib. VVittebergae habita, thes. 109.

(v) Probatur utroque Recess. Imper. de anno 1548. & 1577. sub tit. von verdorb. Kauffl. init. & med.

(d) Horum post S. C. Majest. hodiè summa in orbe dignitas, ac paruum abest, cum neminem nisi DEUM &ensem superiorem recognoscant, quin omnia, quæ ad facultatem ac potestatem Imperatoris pertinent, ad Reges quoque extendantur, Lancellot. in templ. omn. jud. de reg. pot. §. 3. de magn. reg. num. 1. Caspar. Klock de contribut. cap. 4. num. mihi. 69.

(e) Horum enim potestas eadem ferè est, quæ Imperatoris, cuius vices gerunt extra casus exceptos & expresè reservatos, puta Collationem ac investituram feudorum Regalium, vulgo der Fahnenlehen/ aurea B. tit. 5. & per ea quæ tradit Bened. Carpzov. comm. in l. Regi. cap. 11. sect. 15, num. 1. 2. 26. edit. noviss. Gail. de pign. observ. 14. num. 2. Kremberg Doctor meus de necess. defens. qu. 7. num. 5. Exceptio ergo firmat regulam in casibus nō exceptis, hancq; sententiam tutati sunt Buxtorff. & Rumelin. tr. ad Aur. Bull. cap. 5. ut & Wilhelm. Antho. tit. 6. concl. 13. num. 3. Ubi prajudicium & decisionem in terminis terminantibus adducit.

(f) Regibus enim comparantur Electores, Moller. Se^ruefr. lib. 1. cap. 4. num. 1. Warem. ab Ehrenberg defæder. lib. 1.

esp.

125

ca. lib. num. 147. Die Churfürsten/ait B. Lutherus noster, in den Tischreden c. 38. schreiben Königen Ewer Liebde vnd nicht Ewer Gnaden / denn sie sind Königen gleich geachtet / Imò non solum Electorum, sed & aliorum Imperij principum stylus est, ut in literis ad Reges exterios, non Majestatis sed Regiae dignitatis exprimant titulum, Limm. *ad Lib. 3. c. 2. num. 3. l. Pub.* Carolus IV. in A. B. eos Palmites Imperiales, Columnas Imp. Candelabra ac membras sua appellat.

(n) Postquam enim Principes ac Status in territorijs suis iura imperialia exercere coeperunt, exinde hoc jus superioritatis ac eminentiam, quæ in concedendis moratorijs vertitur in territorijs suis sibi vendicant Anthon. *d. tract. concl. 12.* Stephan. *de jur. d. lib. 2. pag. 1. c. 7. n. 89.* Rein. *ingr. d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 31.* Nō tamen haec quæ de Principibus ac Statibus modo dicta, ad Mediatis Principes ac Comites extendenda sunt. Hi enim pro subditis meritis ac *Landsassen* reputantur.

Conclusio V.

*X Credito-
res indu-
cias con-
cedentes.*

*His subjungimus credidores : (α) Illos (β) e-
nim, vel majorem (γ) eorum partem, etiam in-
vitus (δ) ac reluctantibus concreditoribus, debi-
toribus dilationes seu inducias concedere posse
manifestum est.*

Διάλυσις.

(α) Superius enim potissimum egimus, de illis Refcr. quæ ex privilegio, gratia, vigore regalium largiri solent, concl. 4.

(β) Remotâ omni superioritate, ratione interesse proprii

prii emergentis ; si enim Creditores plures portionem debiti possunt remittere in præjudicium minoris partis creditorum, ut possunt, *ver. iuris gent. 7. S. bodie cum seqq. 19. ff. de pac.* multò magis facere dilationem solutionis dare possunt, cum ei cui magis licet, etiam minus liceat, *I. fin. C. qui bon. ced. poss.* maxime cùm non solum debitorum, sed & creditorum gratia concedantur inducias, *Strach. de decoct. pag. 6. num. 20.* ut scilicet debitores ad frugem redeant, res suas locupletent, eo quae melius postmodum solvere, & creditoribus exactius satisfacere possint, *Wehner. obseru. pr. d.l.*

(v) Textus apertus in *I. fin. C. qui bon. ced. poss. in med. ibid.*
Dd. & quidem ita, ut minor pars de jure cogatur majori consentire, *d. I. fin. Menoch. de A. I. Q. cas. 203. num. 11.* ita ut si recusat, Princeps Magistratus judex vè competens autoritatem & decretū interponere debet, ad eliciendum reliquorū crediti consensum. Nec obstat, quod alias pro regulā supponitur, ut quod omnes tangit ab omnibus debeat approbari, *c. quod o-*
mnes 29. de R. I. in 6. I. f. C. de autib. præst. Et in his quæ sunt communia plurium, ut singulorum , non sufficiat majoris partis, sed omnium suffragium & calculum adhibere, *I. per fundum ff. de serv. rust. præd. I. fin. ff. comm. præd.* tamen humanitatis ratione in proposito receptum est, ut stetur majori parti creditorum adversus reliquos, ne ad flebilem ac miserabilem bonorum cessionem debitores urgeantur, *Manz. in patroc: qu. 10. decad. 4. n. 7.* cum & alias non infrequens sit in jure , ut major pars concludat , & plurium sententia prævaleat, *I. cum quidam 30. S. quod 3. ff. de acquir. hared.* qua sententia alias quoque in consultationibus publicis opinionumque conflictibus, quo res facilitius ad causæ definitionem perduci possint, obtinet. Vota enim majora seu numero plura, matutiora ac rectiora censentur, ac ubi major numerus, ibi & Zelus

dexterior, secundum Pontificem præsumitur, inc. Ecclesia ver-
stra Extr. de Elecl. & elect. posst. Caspar Klock de Contribut. cap.
16. num. 14. 59. & seqq.

(d) Valde absurdum ac inconveniens futurum esset, si in
eiusmodi congressibus moratorijs, una & altera faba nigra,
totum aetum denigret, & retractari faciat, hoc est, si dissen-
sus minoris partis creditorum, consensui majoris partis præ-
ponderaret vel præponendus esset. Convenientius utique est,
ut paetum majoris ac potioris partis, minori præjudicet, quam
è converso, ne minor pars coimodum majoris partis impe-
diat vel remoretur Dn. Cancellar. Caspar Klock cap. 6 num.
70. de Contribut.

Conclusio V I.

Quibus
personis
possint in-
dulceri.

Reliquum est, ut dispiciamus, quibus hæ in-
ducia & impertienda veniant, & asserimus, non
tantum homines privatos (a) Mercatores (b)
cum primis, sed etiam Civitates (r) integras, U-
niversitates, Collegia, Ecclesiæ, Cœnobia, Fami-
lias (s) præcipuas, Tribus, Pagos (e) eisdem
impetrare & exorare posse, exclusis tamen
Decotioribus (z) & debitum inficiantibus. (n)

Διάλυσις.

[a] Exempla passim obvia sunt. Schneidev. ad Inß. & ex eo
V Vebner. in pract. obf. loc. supra all. meminit cuiusdam
Rauscheri Consulis Lipsiensis, add. Willh. Anth. sit. 6. concl. 13.
num. 16.

Hofse

(B) Hocce enim negotiatorē obseratos quidam Dd. ad hoc
beneficiū exorandū solum admittunt, reliquīs privatis in
felicibus debitoribus planē semotis, moti Rubric. & nigro æ-
quipollente in R. A de annis 1548. & 77. quod illæ solum no-
minatim intentionem faciant der verdorb Raußl. prout etiam
Nicol. Everhard. junior vol. 3. conf. 7. num. 38. quondam consu-
lendo respondit. Nos repōnitus illis LL. Codicis in sede ordi-
nariā de Inducijs generaliter ac indefinitē loquentes, & sic
quoque indistincte intelligendas. Urgenius præterea quod al-
legatis novissimis Imperij constitutionibus expresē & nomi-
natim non abrogatū sit, cur ergo stare prohibeatur? l. sancimus
27. C. de testam. Wilhelm. Anthon. iii. 7. consl. 20. num. 23. &
seqq. ubi rationib. plur. stabilitur opinio nostra.

(C) Generalis enim dispositio, nō personas tantum singula-
res, sed corpora quoq; ac Universitates compleſtitur, l. si quis id
7. §. fin. & l. ff. famili. §. 9. ff. de juris d. omn. iud. Jura etiam generali-
ter non in singulas personas constituantur, l. jura 8. ff. de ll. Et ut
alia à Dd. relata præjudicia subtileā, quis rerum patriarū adeo
hofpēs, ut de Goslařensū moratorio Anno 1624. ad oīenni-
um primiūtū ipſis & postea ad duos annos prorogato non in-
audierit? Fama viritim per has Saxonias oras percerebuit, &
praterquam quod dudum in manibus omnium fuerint, extant
adhuc bina illa diplomata recusa apud Wilhelm. Antho-
nij ad calcem ſep̄e memorati operis.

(D) Si enim singulari privatæ personæ ob notable
damnum conceduntur, multò magis æquum erit, ut
candem ob causam egregiæ & famigerata nominis familiae
ab hisce diplomatis obtinendis, non arceantur, publicè e-
nim interest, ut familiarum dignitates conserventur ac propa-
gentur, l. i. §. sed & si ff. de ventr. inspic. cum divitiæ sint humi-
dum quoddam radicale atque familie absq; bonis fordescant.

Exemplum recens suppeditat idem Anthon. in familiâ Nobilium Bremens. N. N. qui biennalem dilationem Anno 1631 obtinuerunt.

(e) Petr. Rebuff. *tract. de lit. dilat. num. 13.* testatur sevisisse à rusticis pagi alicuius ab hostibus destructi hascel literas impetrari. Et quid aliud est, aut quorum referemus, nisi ad hanc dilationes, quando vidimus ac inaudivimus Principes vicinos sàpè huic vel illi pago imò Præfectura, cessationem ab inductionibus & tributis publicis clementer indulsisse, ubi conflitit exercitus ibidem in proximis hisce turbis ac revolutionibus bellicis substituisse & subditos notabili damno affecisse.

(f) Alias Falliti, Bancaruptores, Magazenerij, Prodigj, quorum largitio fundum non habet. Hosce stelliones enim, cum suapte culpâ sibi calamitatem accersiverunt, ac in ll. publicas deliquerint, non favore, gratia ac privilegio sed potius poenâ dignos existimamus, que tit. 23. Ordinat. polit. de anno 1548. & 1573. f. f. So sezen/ordnen vnd wollen wir/reperitur. Ac extat præterea decretum civitatum Hanseaticarum Lubeck anno 1620. ad refranandam audaciam horum Impostorum promulgatum, cuius tenorem pl. refert Anthon. concl. 23. tit. 7. Sed bona lex, bona intentio, utinam Executio bona! Videmus sancti Bancaruptores tales interdū in magnis viciniis Emporijs Hamburgi ac alibi bonis foro ac solo cedere, ast statim in viciniâ, contra Hanseaticum istud decretum, tollerari, recipi, protegi, transactio[n]es, defraudationes potius, longè ultra dimidium, cum creditoribus suis de novo erigere, imo eos ipsos aut posteros ad honesta officia, quasi re bene glorificare, evelhi. Exempla sunt in propatulo: O tempora! o mores!

(g) Si fraudulenter ac dolose id inficiati sunt, secus si animo titubante incertaque mente oblivionem allegant, hoc n. casu, dubitans habetur pro ignorantie, Bartol. ad l. 1. ff. de

L. i. ff. de LL. Leges enim nostræ mendacia severè prohibent ac odio singulari inendaces prosequuntur, ita ut qui semel perjeravit ac mentitus est, ei credi postea non conveniat, Hering.
de fidejuss. cap. 27. num. 212. & 213.

Conclusio VII.

Forma ac modus Induciarum Impetranda- Forma ac
modus
rum consistit in requisitis ac conditionibus ferē- impetrān-
sequentibus. 1. *Debitor in libello supplici, Prin-*
cipi pro induciis porrecto & qualitatem (a) de-
biti & sui ipsius (b) ac quanam occasione ad ino-
piam redactus solvendo esse desierit, fideliter (y)
describat. 2. *Idq̄ probet Documento Magi-*
stratus (s) sui, sub quo Larem & domicilium
habet. 3. *Caveat idoneè fidejussoribus (e) de*
solvendo post elapsam quinquennij dilationem.
4. *Illæq̄ non nisi semel (f) concedantur, nec 5. ul-*
tra legale tempus (n) Quinquennij (g) durent.

Διάλυσις.

(a) **N**on in genere sub involucre ac nube verborum preces
porrigenda, alias perinde esset ac si narratae non fuissent,
Octav. Cacheran. *decis. i. num. 9.* sed specificè, clarè, evi-

C 3

den-

125

denter ac punctualiter **N. A.**, noviss. de Anno 1641. §. Fürs
ander D. **Bidembach in consil. German.** Idque ideo ut prin-
ceps cognoscere possit, num debitum sit ejusmodi, quod indu-
cias vel non recipiat, vel in quo Principem consentire haud
probabile est.

(β) Nimirum probet se adversa fortunā & casū fortui-
to, citra dolum & culpam suam, ad extremam redactum ino-
piam, **N. A.** de anno 1548. & 77.

(γ) Aliás enim präsumeretur in dolo, tacendo verita-
tem, vel exprimendo falso causam, ipsumq; rescriptum sub-
dolē emanatum [vulgō expræcis̄] fuisse ipso jure nullum, ni-
hilque operaretur, *clem. I de prabend.* Gail. lib. 2. *Obser. I. n. 18.*
novissimē D. **Wilhelm. Bidembach. in all. cons.**

(δ) Diētis Recess. Imp. quibus fidem faciat largitori se
non suā culpā decoxisse sed calamitate & temporum injuria
facultatum jacluram fecisse Wehner. § fin. inf. Limnx. tom. 2.
lib. 4. c. 8. n. 38. Si tamen hic probandi modus vel planè non vel
difficulter haberi potest, juramento debitoris locum dat Antho-
n. *concl. 29. num. 35.* ad quod etiam Senatus Goslariensis,
Anno 1624. se prompto animo obtulit, uti tenor Moratorij o-
fendit.

(ε) Ratio, ne debitor bona quaē adhuc salvā reperiuntur, intermedio tempore prodigaliter consumat vel planè
profugus fiat & sic creditores suos fraudet. Hac cautio debito-
ri à Principe non potest remitti Hering *de fidei. cap. 5.*
num. 128. Quod verum est, quando cautio hac à creditoribus
petita est, alioquin valent inducē à Principe concessiæ, Gail. d.
obser. 46. num. 14. Solent tamen creditores vocari, ante quam
debitor ad Moratorium admittatur Wehner. *d. loc. in fin.* Man-
zius *in patroc. qu. 9. decad. 4. n. 43.* Quid si propter inopiam nec fi-
dejussoribus nec pignoribus cavere potest? Tum ad Jurato-
riam

riam cautionem, quam Saxones *cinen geschwornen elenden*
Eyd vocant, referente Anth. *concl. 49.* Arton. Faber. *in Cod. tit.*
9. def. 21. Hunni. *in encyclop. hic, cap. 4. num. 8.* admittendus, ma-
xime, si homo frugis sit, & integræ existimationis.

(Q) Sunt enim naturâ sui irrediviva Moratoria & ordi-
nariè non nisi semel etiam santicâ causâ existente Anth. *concl.*
49. n. 134. impertiūtur, nullus enim esset impetrādi finis, si quis
ita Principis liberalitate abutu vellet. Impp. tamē ex plenitudi-
ne potestatis absolutissima ac incircumscripta, accendentibus
importunis flagitationibus debitorum eorumq; Advocato-
rum, Procuratorum ac sollicitatorum, qui plerumque omnia
mala norunt, ut vetus JCtorum diverbum sonat, suggestioni-
bus, ab istâ doctrinâ discedere, praxis hodierna & imprimis
Goslariensium aliorumque exempla commonstrant ac fi-
dem faciunt.

(n) Tempus autem hoc Quinquennij, à die concessio-
nis seu rescripti, quo dilatio impetrata fuit, & non denum à
die præsentationis seu insinuationis currere incipit, *Anthon.*
& *Hunnius dd. loc.*

(o) Arg. l. fin. C. qui bon. sed. poss. Ordin. poli. anno 1577.
quia ejusmodi concessio sine gravi creditorum prajudicio
non fieret, Wehner. §. estg. ibi d.l. Manz. *in patroc. dec. 4. qu. 9.*
num. 46. & tempus hoc Quinqu. pro formâ substanciali haben-
dum videtur, ergo præcisè, simpliciter, punctualiter & ad un-
guem est servandum, Anthon. *concl. 48. num. 46.*

Conclusio VIII.

*Rescripta porrò Moratoria non in omni-
bus promiscue causis neque in quibusvis debitîs,
locum*

In quibus
causis lo-
cum non
habeant.

125

locum sortiuntur, sed reperiuntur debita, quæ
ceu Privilegiata hujusmodi dilationes. Mo-
ratoria planè respuunt, quorum seriem ac Ca-
talogum longum texentem, cum primis post a-
lios Dd. Practicos, vide apud Guiliel. Anthon.
tit. 7. per tot. Nos excipimus hic tantum De-
bita jurata (α) Debita Fiscalia (β) Debita ex de-
licto (γ) non ex contractu descendentia, Debi-
tores rei Iudicatæ, (γ) Debita Ecclesiastica (ε)
Debita piarum ac favorabilium (ζ) causarum
ingenere, ac tandem Debita opificum, merce-
narium ac famulorum. (η)

Διάλυσις.

(α) Dispositiones, Constitutiones Imp. ac PP. generales
nec Principum rescripta vel Privilegia generaliter con-
cepta auctus juramento vallatos in se non comprehendunt, Dd.
in c. constitutus 19. X. de rescript. & c. cum non deceat. 30. de Elect. in
6. Juramentum enim habet effectus multiplices, nimirum æ-
quiparatur sententia rei iudicatæ, trahitque secum execu-
tionem paratam, tantaque est potentia & autoritatis,
ut illud etiam herbae Betonicae, secundum Medicos, vir-
tutes innumeras habenti, assimilare soleant, Dd. Anthon, dict.
l. Hunn. in encycl. part. 2. tit. 8. c. 3. n. 2.

(β) Res fiscales eniim propriæ privatæque Principis vi-
dentur

dentur l. Prator 2. §. hoc interd. 4 ff. ne quid in loc. Multisque præminentij ac privilegijs gaudet, Peregr. de jur. fisc. lib. 6. & 7 per tot. nec citra rem, quia fiscus est robur ac veluti anima Reip. opus ei opibus est, sine quibus nihil fiet, qua de re concise ac eleganter suo more, Justus Lipsius civ. doctrin. lib. 4. c. 9.

(v) Siquidem tunc non habentes in ære, luere debent in corpore & tales nullā sunt commiseratione digni, Menoch. de A. I. Q. cas. 203. num. 16. Brun. de Cess. bon. qu. princ. 26.

(d) Maximè si lapsis fatalibus appellationis, sententia illa in rem judicatam penitus transferit, ita ut jam præter executionem nihil sit reliquum. Juris enim indubitati est, quod irritum & inane sit, cum quid contra rem Judicatam suscipitur, l. ult. C. ut lit. pend. nec enim finita instaurari rerum judicatum patitur autoritas.

(e) In præjudicium enim Ecclesiæ, cuius nutritij, Esaie 49. v. 23. dicuntur Principes seculares, nihil temere immutare, constituere vel disponere debent, Menoch. & de A. I. Q. cas. 203. seqq. Hunn. in encycl. sed Ecclesiasticarū rerū tractatio & alienatio Magistratui politico non nisi cum mysterio permissa est, videatur instar omnium Guiliel. Redoan. tract. de alien. rer. Ecclesiast. Ubi abunde de formâ modo ac requisitis hujusmodi Eccl. alienationis reperies.

(z) Sub earundem censum ac classe referimus non solum debita minorum, Pupillorum, Viduarum, quæ personæ omnes inter se æquiparantur & pari passu quoad concessâ pteilieglia ambulant, c. i. de integr. res. Sed etiam debita Ali- mentorum, Studiosorum ac Dotis, hæc enim omnia favorabilium, piarum ac privilegiatarum causarum comple- xu continentur, non retardanda Moratorijs. Sanè ali- mentorum favor omni causa præponderat, l. 6. ff. de pignor. Un- de quoties de alimentis oriuntur lites summarie decidenda

mobiliis

D

sunt,

125

Disputatio Juridica

sunt, l. 5. §. 8. ff. de agnosc. & alend. lib. propter ingens periculum quod in mora consistit. Dots quoque in dilationis materia maxime privilegiata est, l. 1. §. 1. C. derei uxor. act.

(n) Non solum de Jure Divino, Levit. 19. v. 13. & Canonicis c. quoniam 12. distinct. 8 8. Verum etiam de Jure civili positivo, Jure siquidem consentaneum est, ut mercedem adipiscatur is, qui alteri inservivit, Menoch. cons. 228. n. 14. Wehner in obs. pract. §. notand. Anton. Faber in Cod. lib. I. tit. 9. definit.

20.

Conclusio IX.

Efectus. Effectus Induciarum non uniformis sed multiplex ac potissimum hic est. 1. Quod suspendant (a) & impedian Executionem (B) ne debitor durante privilegio M. interpellari ac molestari possit, sed intereare respire ac cogitare de modis solvendi, (r) 2. Effectus moratorij est, quod debitorem à Cessationis bonorum remedio excludant, (s) 3. Ad effectum quoque spectat, quod beneficium Induciarum sit personale ad heredem (e) non transiens.

Διάλυσις.

(a) O Bligatio ergo per hujusmodi concessiones non tollitur, sed potius presupponitur & confirmatur, imo ne quidem

quidem ipsam suspendi obligationem , sed saltem ejus in exactione consistentem ἐρέπειαν vim ac effectum dormire & tantisper quasi sub cineribus delitescere dici potest.

(β) Quæ ita suspenditur, ut quam diu durant inducæ, non solum fortis, sed etiam usurarum exactio cesset, clapsò tamen definito quinquennio, vel alio tempore usuræ una cum sorte, creditori praestari debent, Anton. Faber, lib. i. tit. 9. definit. 8. Petr. Heig. §. si quis debitor. num. 6. Instit. de act. Hunn. encycl. cap. 5. num. 3. 4. Anthon. tit. 9. concl. 63. num. 36. & seqq.

(γ) Exigendo vicissim scilicet debita, in quibus alios obstrictos habet, Anth. concl. 52. Dissentiunt Brunus, Carocius, quos sequitur Hunn. encycl. cap. num. 7.

(δ) Seu, quod post finitum beneficium Quinquennij à creditoribus vel à Principe concessum, debitor ad remedium Cessionis Bonorum admitti non debeat, l. fin. in pr. C. qui bon. ced. poss. ubi ponderentur in istâ, l. dictiones geminatae. Vel, sive, tanquam voculæ alternativæ & disjunctivæ, si enim contraria sententia admitteretur, creditores dupli incommodo afficerentur, & Creditores qui antea dilationem concesserunt, hac ratione delusi manerent, quod non admittendum.

(ε) Ille igitur post mortem debitoris, durantibus adhuc inducijs à creditoribus conveniri potest, Hering. de fidejuss. c. 27. pac. 5. n. 77. Rauchbar/ pac. 2. c. 7. n. f. Hinc nec induciæ istæ, principali concessa fidejussoribus regulariter, ordinariè ac ex sui naturâ quicquâ prosunt, nec obstant, quo minus intra eas fidejussor conveniri possit Coler. de Process. exec. p. 1. c. 4. num. 19. Menoch. A. 1. Q. cas. 203. n. 26. Ita ut Dd. plerique hanc sententiam communem esse testentur, relati longâ serie ab

D 2

Wilhelm

123

Wilhelm Anthon. iu. 9. concl. 66. num. 4. Sunt tamen casus nonnulli quibus dilatio quinquennalis, principali concessâ, prodest quoque fidejussori, quos vide apud Hunn. in encycl. c. 5. num. 10. & Wilh. Anthon. d. ioml. 66.

Conclusio X.

Contraria. Contraria seu Repugnantia Rescriptorum

Moratoriorum ex supra deductis per se patent, ut illa repetere ac crambem bis coetiam apponere tedium sit, ex abundantia tamen addimus, quod elapso spatio temporis sive Quinquennalis, sive brevioris, sive ulterioris definiti, etiam ipsum rescriptum morat. extinctu^(a) & evanidum habendum. Potest etiam ad Contraria referri Exceptio Sub- & Obreptionis. (b)

Διαλύσις.

(a) PER text. in Recell. Imp. de annis 1548. & 1577. sive allegat. ibi. nach aufzgang des selben. Unde sancte tempore finito inducias hanc finiri, denasci, flaccescere & operari desinere consequens est, quoniam validum ac stringens argumentum est ab extinto subjecto, ad operationes extintas. & effectus, causâ deficiente perit. cancellaverat 2. ff. de his que in test. Dd. 1. in ratione 1. ff. ad 1. Falsid. Proinde creditori actiones cum effectu plenissimo, exigendi id quo tam diu sibi carendum & desi-

desiderium ejusdem sufflaminandum fuit, de novo quasi reviviscunt, sicque res ad primogeniam & veterem suam natu-ram revertitur, 1. si unus 27. §. pāctus ne peteret. 2. vers. quod in specie ff. de pāctis. Schrad. de feud. part. 10. sec. 1. Wilh. Anthon. tit. 2. concl. 6. & 7. num. 7. de Res. r. Morat.

(B) De quibus supra ad verb. fideliter lit. γ. concl. 7. ut & Wilhelm. Anthon. cap. 29. n. 12. & cum primis concl. 68 ubi pluri-ribus persequitur, ac in gratiam creditorum eorumque Ad- vocatorum & Procuratorum, varias Exceptiones, Oppositio-nes è divate sua penu deponit ac subministrat, quomodo ad- versus largitiones moratoria se præmunire possint. Sed digi- tum hic intendisse sufficiat, nam deductionem exactiorem nec instituti, nec temporis nec præli currentis ratio permittit.

Π ΑΡΕΡΓΑ.

1. *Amere Imperiali non competit jus inducias moratoriaias concedendi.*
2. *Rescriptum moratorium Compensationem, que ex causa liquidā opponitur, non excludit.*

3. *Si durante dilatione primâ, à creditoribus forte concessâ, secundâ à principe ex justâ causa fuerit indulta, posterioris cursum, à die finitæ di- lationis prioris computandum arbitramur.*

4. *Si civitas Imperij moratorium ab Imperatore ad octennium ac postea prorogationem ejusdem ad biennium impetravit, discribantem in moratorio primo loco concessio protesta est, se eo ad retardanda debita expijs causis non usuram. Et tamen nibilominus creditoribus ejusmodi privilegia- tis non tantum forem cum usurari solvere, sed & idoneā cautionē concede- re derellet, recte contra cives ac bona civitatis arresta decernit statuimus.*

5. *Jus protectionis Patrono nullam in clientes tribuit Inrisditionem aut superioritatem, vulgo: Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit.*

6. *Mechanicorum ac opificum illa conseruendo, in civitatibus quibus- dam Saxonie potissimum vigens, quā ex tribubus & collegiis suis rejiciunt liberos*

D 3

liberos

125

liberos Molitorum, Opilionum, Tubicinum, Textorum, Barbitonarum, &c. improbanda est.

7. *Imperator cum Statibus Imperij, Pontifice inconsulto, de bono publico potest deliberare, concludere ac pacem firmare, prout nupera pacificatio Osnabrugeo-Monasteriensis satis docuit.*

8. *In foro conscientia tuta esse potest, qui justo tempore legitime prescripsit, quamvis elapsò tempore, scientia aliena quondam rei superveniat.*

9. *Fides data servanda est etiam hosti, etiam heretico.*

10. *Tutela Elektoralis testamentaria preferitur legitime.*

11. *Imperatorem Romanum nunquam totius orbis terrarum Dominum fuisse, contra Bartolom adfruimus.*

12. *Voluntas propriè loquendo cogi non potest. Quando autem IC*t* voluntatem co*elam* dicunt, conferunt statum hominis cui vis infertur, cum statu ejus, qui suo arbitrio faciendo quod velit, relatus est, qui i*sud* remoto metu & vi nunquam effugatur: Etenim ipse Aristoteles 3. Ethic. i. actiones metu extortas appellat mixtas, ex invito & voluntario.*

DN. CANDIDATUS AD LECTOREM.

Tardiūs ad summos cur tendam, queris, honores?

*In promptu causa est: Sat citò quod benè fit.
Sat citò quod benè fit, simul & ratione monente,* (RÆ.

Parva sàpè fovent commoda magna MO-

In honorem Clariss. Dn. Candid. adjecit

PRAESES.
ACRO-

ACROSTICHIS.

Laude bonâ teneram trivit quicunque Juventam.
 Vixit & in doctis non sine laude libris:
Dignus honoramplo, quâdo est vir fætus, habetur,
 Omnibus atque bonis hîc cumulandus erit.
Laustua præ multis nota est, Affini amande,
 Praeclaris palnam præripis ipse viris.
Hinc merito summos tibi nemo reçusat honores
 Ut troque in Jure ast si facienda facis.
Scande igitur Themidos forti nunc pulpita mente
 Ernestina colit quæ modò more sacro
Vinces, assistente D E O, validissima tela,
 E vades Doctor juris in arte sagax.
Rinthelium repetas quælo nunc oscine fausto,
 S alvus & ad patrios tute redito Lares !

Ita Clariſſimo & Eximio

DN. CANDIDATO, Affini & Fau-
 tori suo jugiter colendo ex intimo
 cordis affectu applaudit


JUSTUS OLDEKOP Schol.
Andr. Hildef. Sub Con R.

F I N I S.

15
NGRÖSTACHT

I
V. si z. in obigen von den
D. was oben ausgab, d. dagegen ist es der
O. man und das sind die
P. um das zu tun, was wir
H. in einem öfterschreitenden
U. in einer
E. kann ein
V. noch nicht
H. auf dem
K. in jedem
S. Sylvester besuchte diese letztere
T. C. in
D. CAZIDAVTO, alia E. in
C. C. in
E. S. A. S. O. D. H. E. S. S. S.

2. 1. 2. 1. 3.




Rinteln, Diss., 1624 -60



56.

VDM

Farbkarte #13



ad 1651. 1. 214

ridica Inauguralis
 DE RIPTIS 5
 TORII S. 1651. 1.
 lem Conclusionum
 practicabilium
 UAM
 OS PER ANTE
 e Magnifici & Nobilissimi
 emia Hasso-Cassellana Schaumburgica
 S I D E
 Consultissimo Viro
 E MARTINO
 & Professore publico,
 tore suo observando
 iuris, Honoribus ac Insignibus
 bus consequendis
 SVRAE SUBMITTIT
 Evers / Hildesiensis,
 orio J Ctorum
 toris ante et pomeridianis.
 AD VISURGIM,
 CIVS, Academiae Typographus,
 clo loc LI
 ien n. Brander.

125